vam, ſive alibi, habebis me ſemper dum vivo.

Lugd. Batav. Kal. Martii ciↄIↄxxxII.

Virtutum Tuarum, in primis eximiæ pietatis & modeſtiæ tuæ admiratorem,

ANDREAM RIVETVM.*

* * * * * * * * * * * * * *

VIRO CLARISSIMO,

ET PATRI IN CHRISTO VENERANDO,

D. ANDREÆ RIVETO,

S. P.

Nihil mihi gratius accidere potuiſſet, (Vir reverende & in Chriſto venerande Pater,) quam quod intelligam te quantulumcunque nobis in neptem veſtram conferre per noſtram mediocritatem licuit, animo tam benevolo complecti. Quod ſi rem ipſam per ſe penſitare

*) De *Andrea Riveto*, Pictavo San-Maxentino, Theol. D. & in Acad. Lugd. Batav. Profeſſore, vid. les dernieres heures de Mr. Rivet; *Hofmanni* Lexic. Univerſ. tom. IIII, lxxij. *Reimmann.* H. Lit. vol. I, p. 256. ſq; & *Stoll.* Anmerck. über Herrn D. Heumanns Conſp. R. L. p. 323. ſq. 914. ſq.